

fides nihil de halofachne, nili ἐπίψυ-
 γμα esse ἀλὸς ἀφρώδ' εἶναι, id est, spumosi
 maris lanuginem, ut Marcellus Vergi-
 lius vertit, inueniriq; in saxis, & easdē
 sali vires habere. Plin. libr. 31. cap. 7.
 Aliud genus salis, inquit, ex aquis ma-
 ris sponte gignitur, spuma in extremis
 littoribus ac scopulis relicta. Hic om-
 nis rore densatur, & est acrior qui in
 scopulis inuenitur. Hanc Dioscori-
 des (inquit Marcellus interpretres) ἐπί-
 ψυγμα dicens, lanuginem quæ iam in
 saxis concreuit describere videtur, fa-
 cilem cognitu & inuentu rem. Rucl-
 lius vertit, Spumosa maris lanugo, si-
 ue ramentum est. Et simplex quidem
 vocabulum ψῆγμα, ramentū seu mi-
 cam significat: ut ψῆγμα χρυσῆ, ve etiā
 absolutè ψῆγμα, auri ramentum, Pli-
 nius palam dixit, Suidas μικρὸν πορμέ-
 πιον interpretatur. Χαλιεῖς ἢ ἀνθ' αὐτῶν, ὅτιν δὲ
 τῶν παλαιῶν ἡλῶν ψῆγμα ἐκέλευσαν, Dio-
 scorides. Deducitur autem à verbo
 ψάω, quod est rado, λεπύνω à quo etiā